visere civitatem, ut iam nobis habitandum sit inter
turbas sanctorum et inclitas caelestium potestates; Haut
mediocre levamen est delictorum, tecum habere quos
·s· grā procepti instruis, tecum habere quos mitiges; Equidem exgau
dio presenti metior, quantum huc usque perdiderim;
Rogo, date veniam impatientiae; immodica laetitia
verba pensare non novit; Doleo et quodammodo
humana ratione contristor, quod tam sero venerint
habitatores pectoris nostri; Minus delictorum re
pererant, si ante venissent; Unde carissimi haec
nostra sit apud sanctos prima petitio, ut peccata nostra pia
miseratione advocationis excusent, non animo iudi
cantis inquirant; Etme (mee) equidem sancti venerandique
martyres, quantum reor, apud vos veniabilis excu
satio tarditatis est; Nam quod ad britannias profectus
sum, quod ibi moratus sum, vestrorum fecit exsecutio pre
ceptorum; Pacis me faciende gratia consacerdotes
mei salutares antistites evocarunt; hoc negare non
poteram, qui vobis militabam; Non est deesse obse
quiis oboedire praeceptis; Merito virtutis ubique
vos esse novi; Nullo enim terrarum spatio caelestis